

## EX JOSVE.

Cap. 5. 12. Defecit Manna postquam comederunt de fructibus terræ, nec vñ sunt vltra cibo isto filij Israel. *Mayo 22.*

## EX LIB. I. REG.

Cap. 15. 23. Quasi peccatum ariolandi est repugnare, & quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere. *Julio 8.*

## EX JOB.

Cap. 5. 3. Vidi stultum firma radice, & maledixi pale hritudini eius statim. *Mayo 4.*

Cap. 6. 10. Hæc mihi sit consolatio, vt affligens me dolore non parcat, nec contradicam sermonibus sancti. *Mayo 25.*

Cap. 14. 14. Cunctis diebus quibus nunc milito, expecto donec veniant immutatio mea. *Mayo 28.*

Cap. 27. 19. Dives cum dormierit, nihil tecum auferet; aperiet oculos suos, & nihil inueniet. *Mayo 17.*

Cap. 31. 1. Pepigi fædus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de Virgine: quam enim partem haberet in me Deus desuper, aut hæreditatem Omnipotens de excelsis. *Julio 12.*

## EX LIB. PSALMORVM.

*Psalms.* 24. 15. Oculi mei semper ad Dominum: quoniam ipse evellet de laqueo pedes meos. *Junio 21.*

*Psalms.* 48. 13. Homo cum in honore esse non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. *Mayo 14.*

*Psalms.* 76. 6. Cogitavi dies antiquos, & annos æternos in mente habui. *Julio 23.*

*Psalms.* 118. 120. Confige timore tuo carnes meas, à iudicijs enim tuis timui. *Julio 5.*

*Psalms.* 142. 2. Non intres in iudicium cum seruo tuo Domine, quia non iustificabitur in conspectu tuo omni vivens. *Julio 19.*

## EX LIB. PROVERBIORUM.

Cap. 3. 5. Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo, & ne innitaris prudentiæ tuæ: in omnibus vijs tuis cogita illum, & ipse diriget gressus tuos. *Junio 12.*

Cap. 6. 34. Zelus & furor viri non parcat in die vindictæ, nec

ac-

requiescet cuiusquam precibus, nec suscipiet pro redemptione dona plurima. *Julio 9.*

Cap. 11. 20. Abominabile Domino cor pravum: & voluntas eius in ijs, qui simpliciter ambulant. *Mayo 7.*

Cap. 16. 32. Melior est patiens viro forti; & qui dominatur animo suo expunatore urbium. *Junio 5.*

Cap. 20. 13. Noli diligere somnum, ne te egestas opprimat: aperi oculos tuos, & saturare panibus. *Julio 1.*

Cap. 20. 18. Tria sunt difficilia mihi, & quartum penitus ignoro: viam Aquilæ in Cælo, viam colubri super terram, viam Navis in medio Mari, & viam viri in adolescentia. Talis est, &c. *Junio 6.*

## EX LIB. ECCLESIASTÆ.

Cap. 7. 1. Quid necesse est homini maiora se quærere, cum ignoret quid conducat sibi in vita sua numero dierum peregrinationis suæ, &c. *Julio.*

## EX LIB. SAPIENTIÆ.

Cap. 8. 16. Intrans in domum meam conquiescam cum illa, non enim habet amaritudinem conversatio illius, &c. *Junio 27.*

## EX LIB. ECCLESIASTICI.

Cap. 3. 20. Quanto magnus es, humilia te in omnibus, & coram Deo invenies gratiam. *Junio 24.*

Cap. 3. 27. Cor durum malè habebit in novissimo. *Julio 17.*

Cap. 5. 4. Ne dixeris, peccavi, & quid mihi accidit triste? Altissimus enim est patiens redditor. *Junio 22.*

Cap. 10. 31. Fili in mäsuetudine serva animam tuam, & dà illi honorem secundum meritum suum. *Julio 4.*

Cap. 11. 1. Sapientia humiliati exaltabit caput illius, & in medio Magnatorum confedere illum faciet. *Mayo 12.*

Cap. 14. 22. Memor esto quoniam mors non tardat. *Mayo 6.*

Cap. 17. 26. Non demoreris in errore impiorum: ante mortem confitere. *Junio 7.*

Cap. 18. 6. Cum consumaverit homo, tunc incipiet. *Mayo 5.*

Cap. 18. 22. Ne verearis vsque ad mortem iustificari, quoniam merces Dei manet in æternum. *Junio 28.*

Cap. 25. 13. Quam magnus qui invenit sapientiam, & scientiam, sed non est super timentem dominū, timor Dei super omnia se superposuit. *Junio 8.*

Cap. 29. 20. Gratiam fideiussoris ne obliviscaris, dedit enim pro te animam suam. *Junio 11.*

Cap. 29. 27. Recupera proximum secundum virtutem tuam, & attende tibi, ne incidas. *Julio 2.*

Cap. 29. 32. Hospitabitur, & pascet, & potabit ingratos, & ad hæc amara audiet. *Junio 19.*

Cap. 39. 28. Quomodo Cataclysmus aridam inebriavit, sic ira Domini gentes, quæ non exquisierunt illū, hæreditabit. *Mayo 9.*

## EX ISAIA.

Cap. 12. 13. Haurietis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris. *Mayo 21.*

Cap. 19. 1. Ecce ascēdet Dominus super nubem levem, & ingreditur Ægyptum, & commovebuntur simulacra Ægypti à facie eius. *Mayo 16.*

## EX IEREMIA.

Cap. 6. 30. Frustra conflavit conflator: malitiæ eorum non sunt consumptæ. Argentum reprobum vocate eos, quia Dominus proiecit illos. *Junio 23.*

## EX BARUCH.

Cap. 3. 16. Vbi sunt Principes gentium, & qui dominantur super bestias, quæ sunt super terram, &c. Exterminati sunt, & ad inferos descenderunt, & alij loco eorum surrexerunt. *Junio 2.*

Cap. 6. 5. Visa itaque turba de retro, & ab ante, adorantes dicite: Te oportet adorari Domini. *Mayo 31.*

## EX EZECHIELE.

Cap. 16. 8. Eras nuda, & confusione plena, & transivi per te, & vidi te: & ecce tempus tuū tempus amantium: & expandi amicum meum super te, &c. *Julio 22.*

EX

## EX ABACUCH.

Cap. 3. 2. Cū iratus fueris, misericordiæ recordaberis. *Mayo 8.*

## EX SOPHONIA.

Cap. 3. 17. Silebit Dominus in dilectione sua, exultabit super te in laude. *Julio 26.*

## EX MATHEO.

Cap. 5. 25. Esto consentiens Adversario tuo cito, dum es in via cum eo, ne forte tradat te Adversarius Iudici, & Iudex tradat te, &c. *Julio 27.*

## EX MARCO.

Cap. 12. 30. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, &c. *Julio 28.*

Cap. 12. 31. Diliges Dominum Deum tuum, &c. Et hoc est primum mandatum. *Julio 29.*

Cap. 12. 31. Secundum autem simile est illi: diliges proximum tuum tamquam te ipsum. *Julio 30.*

## EX LUCA.

Cap. 3. 17. Ventilabrum in manu eius, & purgabit aream suam, & congregabit triticum, &c. *Junio 18.*

Cap. 6. 27. Gaudete in illa die, & exultate: ecce enim merces vestra multa est in Coelo. *Junio 25.*

Cap. 6. 36. Estote misericordes, sicut & Pater vester misericors est. *Julio 18.*

Cap. 10. 21. Confiteor tibi Pater, Domine Cæli, & terræ, quod abscondisti hæc à sapientibus, &c. *Junio 4.*

Cap. 11. 13. Si vos cum sitis mali nostris bona dare filijs vestris, quanto magis Pater vester, &c. *Junio 14.*

Cap. 12. 8. Dico vobis: Omnis qui confessus fuerit me coram hominibus, & filius hominis confitebitur, &c. *Mayo 9.*

B b 2

EX

## EX IOANNE.

Cap. 3. 14. Sicur exaltavit Moyſes ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet filium hominis, &c. *Mayo 3.*

Cap. 4. 34. Meus cibus eſt, vt faciam voluntatem eius, qui miſit me, vt perficiam opus eius. *Junio 1.*

Cap. 5. 44. Quomodo vos poteſtis credere, qui gloriam ab invicem accipitis, & gloriam, quæ à ſolo Deo eſt, non quæritis? *Julio 31.*

Cap. 7. 38. Qui credit in me, ſicut dicit ſcriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ vivæ, &c. *Junio 13.*

Cap. 8. 35. Omnis qui facit peccatum, ſervus eſt peccati. *Junio 16*

## EX EPIST. PAULI AD ROMANOS.

Cap. 6. 23. Stipendia peccati mors. Gratia autem Dei vita æterna. *Mayo 22.*

Cap. 8. 19. Exiſtimo enim quod non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, &c. *Mayo 30.*

Cap. 8. 26. Spiritus adiuvat infirmitatem noſtran. Nam quid oremus ſicut oportet nescimus; ſed ipſe ſpiritus poſtulat pro nobis, &c. *Mayo 10.*

Cap. 8. 26. Sed ipſe ſpiritus poſtulat, &c. *Mayo 11.*

Cap. 8. 28. Scimus quoniam diligentibus Deum omnia coope- rantur in bonum, &c. *Junio 20.*

Cap. 8. 29. Quos præſcivit, & predeſtinavit conformes fieri imagini filij ſui, &c. *Julio 13.*

Cap. 8. 35. Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? An tribulatio? An anguſtia, &c. *Junio 30.*

## EX EPIST. I. AD CORINTHIOS.

Cap. 3. 18. Nemo ſe ſeducat. Si quis videtur inter vos ſapiens eſſe, ſtultus fiat, vt ſit ſapiens. Sapientia enim huius mundi ſtultitia eſt apud Deum. *Mayo 26.*

## EX EPIST. 2. AD CORINTHIOS

Cap. 4. 4. Deus huius ſæculi excæcavit mentes infidelium, vt non

non fulgeat illis illuminatio Evangelij gloriæ Chriſti, qui eſt imago Dei. *Mayo 29.*

## EX EPIST. AD GALATAS

Cap. 5. 22. Fructus autem ſpiritus ſunt charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, &c. *Mayo 15.*

Cap. 6. 2. Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti. *Mayo 27.*

## EX EPIST. AD EPHESIOS.

Cap. 2. 4. Deus qui dives eſt in miſericordia, propter nimiam charitatem ſuam, qua dilexit nos, cum eſſemus mortui peccatis, convivificavit nos in Chriſto. *Mayo 24.*

Cap. 2. 19. Iam non eſtis hospites, & advenæ, ſed eſtis cives ſanctorum, & domeſtici Dei, &c. *Junio 29.*

Cap. 4. 27. Nolite locum dare diabolo. *Julio 1.*

Cap. 4. 29. Omnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat; ſed ſi quis bonus ad ædificationem fidei, &c. *Junio 26.*

Cap. 6. 11. Induite vos armaturam Dei, vt poſſitis ſtare adverſus inſidias diaboli. Quoniam, &c. *Mayo 8.*

## EX EPIST. AD PHILIPENSES.

Cap. 2. 13. Cum metu, & tremore veſtram ſalutem operamini: Deus eſt enim qui, &c. *Mayo 2.*

## EX EPIST. I. AD TIMOTHEVM.

Cap. 4. 7. Exerce te ipſum ad pietatem: nam corporalis exercitatio ad modicum utilis eſt, &c. *Julio 16.*

Cap. 3. Si quis aliter docet, & non acquieſcit ſanis ſermonibus Domini noſtri Ieſu Chriſti, &c. *Junio 17.*

Cap. 6. 8. Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſumus. Nam qui volunt divites fieri, &c. *Junio 15.*

## EX EPIST. 2. AD TIMOTHEVM.

Cap. 2. 3. Labora ſicut bonus miles Chriſti. *Mayo 20.*

## EX EPIST. AD HÆBREOS.

Cap. 2. 1. Abundantius oportet observare nos ea quæ audimus, ne forte perefluamus. *folio 3.*

Cap. 9. 27. Statutum est hominibus semel mori, &c. *Matth. 13.*

Cap. 10. 26. Voluntariè peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis, iam non relinquitur, &c. *folio 24.*

## EX EPIST. D. IACOBI.

Cap. 1. 17. Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, &c. *folio 3.*

## EX EPIST. I. D. PETRI.

Cap. 2. 11. Obsecro vos tanquam advenas, & peregrinos, abstinere vos à carnalibus desiderijs. &c. *folio 25.*

Cap. 4. 1. Christo autem passo in carne, & vos eadem cogitatione armamini. *folio 15.*

## EX EPIST. I. D. IOANNIS.

Cap. 5. 4. Omnequod natum est ex Deo vincit mundum, & hæc est victoria, quæ vincit mundum fides nostra. *folio 10.*

## EX EPIST. D. IVDÆ.

Cap. 1. 13. Hi sunt quibus procella tenebrarum servata est in æternum. *folio 11.*

## EX APOCALYPSI.

Cap. 2. 10. Esto fidelis usque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. *folio 20.*

Cap.

Cap. 3. 20. Ecce sto ad ostium, & pulso. Si quis, &c. *folio 6.*

Cap. 3. 20. Si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & cenabo cum illo, & ipse mecum. *folio 7.*

Cap. 14. 13. Beati mortui qui in Domino moriuntur. A modo iam dicit spiritus, &c. *folio 14.*

## LAUS DEO.



